

CAPUT IX.

De voto assumendi statum religiosum.

DE voto assumendi statum religiosum agit D. Th. 2. 2. q. cxxxix. art. 2. (non lxxvii. ut scribit Leander, corrigens Pradum, eo quod scriperat lxxxix.) ubi ostendit laudabile opus esse, meritiique plenum votum profundi statum religiosum: quia, cum votum quodcumque sit de iis que ad Deum pertinent, profecto statutum religiosum maxime ad Deum attinet: haec siquidem professio hume homo se holocautum in Dei obsequium, & honorem offert.

IL Hinc sequitur, illi qui votum emitit ingrediuntur Religionem, omnem adhibendam esse diligientiam ut ingressum exequatur, quemadmodum docet Angelicus loc. cit. art. 3. ad 1. Nec tamen ad voti observantiam requiriatur ut votens res ipsa ingrediatur Religionem: quoniam multa obtare possunt ne enim modi ingressus executioni mandetur, eaque ut remaneantur, a votante non pender: sed solummodo necesse est ut votens nihil omittat ex parte sua eorum, quae ad ingrediendum Ordinem sicut fieri possint. Si qua tamen impedita haberet votens, eadem manifeste debent Pratalis illius Religionis, eum vovit ingressum. Quoniam manifestatio istitiae, etiam si ingressum impedit, necessaria est ad valorem contractus inter Religionem & votentem. Religio enim ius habet non recipiendo eos qui gravi impedimento obstruci sunt, atque pari iure posse in fibi talia occulta impedita manifestari. Ita docent communiter Autores. Diligentia autem quam adhibendam votenti diximus, non est necesse ut sit extraordinaria, ut ad intercessores, & magnatum patrocinio recursum habeat pro ingressus executione; sed fari sit ut iis medis utratur quae prudentes adhibere solent in gravioris momenti negotiis. Minus probabile certeum quod tenibus Salmanticensis tract. xv. cap. ii. puncti. 1. n. 2. videbent votentem non teneri, dum habitudinem petri, manifestare sumum votum. Pratalis, etiam si speret eiusmodi manifestatione recipiendum esse in Religionem: quia, inquit, manifestatio hec necessaria non est executioni voti; votens autem Iohannem media necessaria apponere tenetur. Laudant pro hac opinione Caietanus in 2. 2. quaff. cxxxix. art. 3. circa solit. ad 1. sed fallo, ut non raro illi accidit. Nec verbum enim habet Caietanus saltem loco citato, quo exinanit votentem a manifestatione talis voti. Lau-

dant quoque Bonacinam, & alios, quorum examen, cum res leviori momenti sit, pretereo. Dico namque votentem obfringi ad hanc manifestationem, quando advertit hanc esse viam ad ingressum asequendum. Rationeum Salmantensem fallim reputamus: quia votens vi voti ea tenetur apponere media que prudenter existimat conduceare ad obtinendum finem libi praestitum, queve abusus gravi incommodo exequi potest. Quid autem hoc voti manifestatio facilius? Semel ergo posita quod euimodum medium sit congruum ad obtinendum finem voti, scilicet ingressum in Religionem, non appetat ratio cur non tenetur tali medio uti. Licer concedamus, hanc manifestationem non esse fatale natura necessaria executioni voti; tamen in hac circumstantia necessaria est ut votens bona fide se le gerat, illaque exequatur media que & nullam alterum difficultatem, & efficacia lunt ad hanc executionem. In quo namque negotio aliquies momenti similis facilissima diligentia omittetur? Neque hinc concolor teneri votentem implorare praedictum, & favorum patronorum: quia & eiusmodi media grave fuit natura incommode adserunt, & prudenter prudemur ad illa votentem non se obligare. Ut materia hec aliquantulum impedita clarius exponatur, in frequentes paragaphos illam tribuimus,

§. I.

Quomodo interpretanda sint sequentia vota,

Quart. I. *Quid dicendum de hoc voto:* Praenitio me ingressum Religionem, nisi Deus alter de me statuerit? Rep. Duplitem sententiam habere hoc votum potest, ut post Cordubam Sanchez advertit Lib. V. Decal. cap. xvi. num. 2. Prior est: *Vovo Religionem, nisi Deus me aliquo morbo, aitiose obfracto ad ingressum ineptum reddiderit:* quae impedimentoa futili, votum afferrunt obligare. Posterior est: *Vovo Religionem, nisi quid magis expediens metu salutis Deus decererit.* In hoc calo votum celsare dicunt. Et in dubio, utrum magis expediens sit votensis futili alias statutis a Religione, subdunt confundentes esse viros probos; atque dubio permanente, imperrandam esse voti dispensationem. Ceterum, ut id quod sentio promam, conditio apostoli inpesta, & superius videtur: quoniam, dum aut impedimentum occurrit, aut status maiorum perfectiois se se offert; etiam si conditio appofita

DIS S. II. DE VOTIO OBLIGAT. 151

sita non fuerit, subintelligeretur. Superfluum quoque censeo hanc aliam conditionem: *Vovo me ingressum Religionem, si populo:* quoniam nemo nisi potest Religionem ingredi tenetur. Et quamquam omnes habeant potentiam physicam, non autem omnes moralem; attamen in qualibet voto includitur potestas etiam moralis; id est nisi gravia impedimenta ineptum votentem confinerint. Quod si ipsi ut rationabiliter propugnare conditionem praefatam, rem tantum momenti non censeo, ut acrier contendere debeat: *votissimum quia in similibus votis semper votentis intentio primaria omnium spectabat.*

II. Quart. II. *Quomodo explicandum est votum istud:* *Vovo me ingressum hanc Religionem, si quam intravero?* Hoc votum proponit D. Antonius II. Part. iii. xi. cap. ii. §. 1. notat. 4. his verbis. *Si quis iure, vel volet intrare hanc Religionem, si quam intrat, voleat:* quia non per hoc principaliiter excludantur alii, seu principaliiter includuntur alii. Et si non pure, tamen sub conditione, scilicet si velit intrare aliquam. *Sed si promittere si nullam altam intraturum, & non promittere itam intrare ne pure, ne sub conditione;* non valeret, & peccaret si votens. Dum itaque votens aliquam designat Religionem, licet conditionem adiicit, votum validum est; si vero omnem excludat Religionem, votum nullum est, & impium; ut tamen illius voti natura manifeste fiat, votensis intentio est inspicienda. Si enim pecuniali ductus affectu erga talen Religionem, votit illius ingressum erga talen quid principaliiter pili praestitum; votum validum est, quoniam conditionem: quia ingressus in Religionem, etiam conditioni alligatus bonus est, & apta voti materia. Contra, si principaliiter vovit etiam se ingressulum Religionem, tunc tota voti materia est et pura negatio, inepta ad votum; atque adeo nullum esse votum ipsum. Ita communiter Autores.

III. Quart. III. *Validum ne sit hoc votum:* Vovere, nullam personam obfracto mihi futuram, quoniam Religionem ingrediatur, vel aliquis abut faciat? Rep. Invalidum esse pronuntiant Sanchez Lib. IV. cap. xvi. n. 7. Trullensis Lib. II. dub. 2. cap. ii. dub. 17. n. 3. Leander tract. i. g. v. Validum vero mihi videtur: reddit enim hunc lentum, nisi expresse votentis intentio aliud proponat. *Vovo me ingressum Religionem,* quin cuiusquam personam preces mihi obfracto fiat; *ten vovo me superaturum,* quod potero,

omnia personarum impedimenta, ut Religionem ingrediatur. Quid quod citati Autores adhinc; validum esse votum sic concepunt: *Vovo nihil fore impedimentoum, quoniam Religionem ingrediatur?* Et tamen nullum, nisi in verbis, dictumen habet, si cum altero comparetur.

IV. Quart. IV. *An tenetur ad Religionis ingressum qui votum emisit volendi Religionis ingressum?* Rep. Negative respondent. Sanchez Lib. IV. cap. xvi. n. 8. & penes ipsius Navarum Lib. III. Confil. tit. de vot. Azozus Lib. XI. cap. xxii. quibus subfribunt Leander, Pelizarius, Baileus, aliqui. Si votum itud abolute, & a quacumque circumstantia secundum consideratur; certum est ipsum non inducere obligationem ingrediendi Religionem ob rationem quam citati Autores affligunt: nempe quia aliud est votum volendi, aliud votum faciendi. Qui votet se velle tantum, non votet se facere. Hic autem votens non votet ingredi, sed votet se velle ingredi. Ad hoc autem fari est ut aliquando irruam, bonaque voluntate habeat ingrediendi; & quae minime obstat matrimonio inuenio. Sine hac vera in quadam metaphysica consideratione. Ceterum, si quis respice totum votum emisit, vix habetur fundamentum aliquod prehendendalem votentem non habuisse intentionem votentem ingressum in Religionem. Quis prudens votaret, ne habiturom voluntatem ingrediendi Religionem, dum simul propositum habeat contrahendi matrimonium? Voluntas ingrediendi Religionem bona est, quia bonum impicit. At, dum ad eam contraria deliberata voluntas volendi matrimonium, sunt duo actus qui invicem se collidunt. Quare, si mihi occurset causa iste, lenio votentis intentionem explorarem: quia in praxi aut votum inconfideratur est, & nullum defectu debite cognitionis; aut votens certe ad Religionis ingressum tenetur. Idem dicendum de eo qui votaret se nolle in seculo vivere, nempe exploranda esset votentis intentione. Circa Autores autem, ad obseruationem talis votis fatus futurum quod votens negative se habeat, & nullum elicit actum contrarium, *Volo in seculo vivere;* & ideo inire poterit matrimonium. Mihi ridiculos videbuntur eulimodi vota; & qui eadem emitterent, nimium imprudentes, & inconfidat. Quare, si deprehenderem homines prudentes est, qui talia vota sua sic exprimerent, serio eorum investigarem intentionem: quia communiter qui votet se nolle in seculo vivere, prudenter

preferuntur & quod propositum habeat ingrediendi Religionem, & quod votum emitat Religionem affirmendi. Nec tam ex verbis, quam ex intentione votentis, obligatio, & natura voti erunda est. Si vera factio contraria sententia, materia istius voti efficit mera negatio, & nihil politivi includeret. Idcirco dicunt citati Auctores, quod votum iste debetur vi talis voti negative le habere. Sed ego, omnibus penitatis, aut votum nullum conferendo, aut votum ad Religionis ingressum obligare.

V. Quæst. V. *An votum mortandi in Religionem sit votum Religionis?* Relp. Adfirmant communiter omnes. Nemo enim morteni occubore in Religione potest, nisi prius eam ingrediatur. Quin si eiulmodi voti tenetur votens in eadem perseverare. Disputant dumtaxat Auctores de tempore quo ex vi talis voti uerget ingressus executioni. Alii fulsint, idem dicendum ex hoc voto, ac de voto abso lute ingrediendi Religionem, quod scilicet statim obliget. Alii contendunt, eiulmodi votum non inducere obligationem adeo follicitus ingressus. Missis disputationibus, exploranda est, quod fieri potest, votensis intentio, & circumstantia confidenda. Si verborum vis attendatur, quod eiulmodi votum tam celestem ingressum non præferat eum votum ab solutum ingrediendi Religionem, videatur factis probable. Quod et contrario non permittat longam dilationem, itidem fatis verisimiliter appetat. Idcirco vix prudentis arbitrio, hec temporis definitio relinquenda est, ut impedit circumstantias, posuerit vel anticipare, vel moderate executionis tempus differre.

VI. Quæst. VI. *An votum vita exercitiae, & solitaria obligationem indicat?* Relp. Convenit inter Auctores, hoc non esse verum Religionis votum. De illius obligatione dis fident. Ne in leviori momento questionibus plus info immoratur, validum esse votum istud, non videtur ambigendum. Si votentes non plene teneant statum, & perfectio nis vite exercentur, ac solitaria (que ab speci ali vocacione, & illustratione caeli sciendi non est) dispensationem poterunt impetrare. Hocque communè est penes Auctores.

§. II.

De obligatione voti affirmendi statum religiosum.

I. Quæst. I. *An qui votat absolute Religionem, votum impletat, si habuit affinitatem equitum D. Iacobus, Calatrava-*

ve, Alcantara, & Monteie? Relp. Adfirmant aliqui; sed communis sententia negat: tum quia valde controversum est, finit ne isti veri Religiosi; non enim abolute castitatem, sed coniugalem tantum votent: nec abolutam aut paupertatem, aut obedientiam Deo spōndent: tum etiam quia, admissio vero corundem statutum religiosi, qui vovent Religionem ingredi, non ad eiulmodi Religiones, sed ad eas quae vitam econobicam profertur, animum intendunt.

II. Quæst. II. *An falso implatur votum Religionis, si habitus affimatur equitum D. Iacobi?* Relp. Autem phares non ignobiles Scriptores: eo quod equites isti emittunt tria vota: aboluta, paupertatis, castitatis & obedientiae, suntque vere Religiosi; & quod fieri potest, Melytus commotantes vitam communem dicunt, sicut ceteri Religiosi; atque religioni sibi vertunt, dum eam non servant, ut quidam ex iisdem Equitibus imhi testati sunt, & extra controversiam est quod sint veri Religiosi, cum sub regula a Sede apostolica approbata vitam dagent. Communis tamen sententia negat impletum votum absolutum Religionis per affum pionem habitus prefatorum. Equitum D. Iacobi: quia iuxta communem expositum, qui votat ingressum Religionis, intendit unam ex Religionibus, in qua a facili tumultu proflua secessione communis vita duratur.

III. Quæst. III. *An falso eiulmodi votum impletetur per ingressum in Religionem Clericorum ordinum militarium?* Relp. Adfirmant communiter omnes: quippe isti votum vere regularem in cenobitis more aliorum Regularium dicunt.

IV. Quæst. IV. *An votens Religionem voto satisfaciat, si ingrediatur Religionem relaxatam?* Relp. Negant communiter omnes Theologi, qui hanc verant quicunque admittit. Aliqua Religio (utram aliquam tantum?) ab antiquo vix rigore declinavit, eo quod nec in cibo eam abstinentiam, nec in velitu eam aliperitatem qua a suis primordiis vigebat, observat; leges tamen, & constitutions, non modo principias, verum etiam leviores, servari a omnibus curat. Votum insuper paupertatis, castitatis, obedientiarum obseruantia in ea ad amissum viget. Hac religio, licet aliquantulum antiqui rigoris remiserit, iuxta tamen communem expositio-

DISS. I. DE VOTIO OBLIGAT.

153

tionem, & re ipsa, relaxata non est; sed minor tantum dici potest.

V. Ea Religio relaxata communiter appellatur quæ in *substantiabilibus*, utiantur, deficit. Leges porro substantiales seu prime, & potissimum sunt tria vota, & constitutions: preceptaque, quæ proxima sum his votis seu quæ ad larta testa custodienda vota necessaria sunt, & sine quibus vix, ac ne vix quidem, votorum obseruatorum confitente valent. Sic votum paupertatis cum privatis peculis, votum castitatis cum libero & comobis egrelii, votum obedientiae cum libera facultate promovendi proprias rationes compont negauit. Hinc illæ Religiones quarum Religiosi & sua privata peculia, modo distinctione, modo minutiora, prout fortuna fert, habent; & domicilia inhabitant ampliora non raro quam seculares, laurioribusque, si levant, epulis vescuntur; & pro libito & Monasteriis egrediuntur, ludis vacant, silentia, seculi, & ceteras constitutions paucum impune violant; in quibus denique tacita convenientia tam Praediti, quam subditii in legum transgressiones conspirant: hec, inquam, sunt Religiones quantum ad substantia la relaxata, quarum religiosi, licet orecentes iactent se vota obseruare, maestitia tamen expiriunt oppositum fudent.

VI. Animaduertendum quoque est nullum ferme repertiri Religionem quæ in omnibus suis cenobitis collapta sit; sed ferre querelit vel cenobia, vel Congregations, vel Provincias habet, in quibus regularis observantia summa perficit.

VII. Dicimus ergo, voventem Religionis ingressum, non modo non implere suum votum, si ingrediatur Religionem eiulmodi relaxatam quam descripsimus; sed addimus, etiam votum ingrediendi eiulmodi Religiones nullum esse, eo quod non sit de bono meliori. Religiones Deo probatas faciliorem fatus viam efficiunt; relaxata Ordines quos descripsi, difficiliorem, immo difficultissimum reddunt beatæ vita consecutionem. Ergo votum de earumdem ingressu non est de meliori bono, atque adeo nullum. Minor propositio, de qua sola ambigi potest, evidenter ostendit est in nostra *Disciplina Apostolica Monastica*; ubi eum qui eiulmodi Religiones ingreditur, in gravissima pericula alterna sua perditionis le pro concire astutissimum cum omnibus, & Theologis, & Causulis quantumlibet benignioribus. Quoddam tantum nunc recentebimus. S. Antoninus III. Part. tit. XVI. c. II. Thomas Caletanus 2. 2.

g. cxxxix. art. 9. & Tom. I. Opusc. tract. ultim. resp. 7. Seraphinus Porrecta ibidem. Martinus Navarrus in *Manual.* g. xxi. n. 45. & 46. Paulus Nazarius de statu Relig. concl. 14. Nyder de Reform. Reg. cap. ix. part. 1. Lopez in *Infract.* cap. xlvi. Lezana de ob ligat. Relig. cap. vii. num. 16. Lethus de iugit. & iur. Lib. II. cap. xli. dub. 5. Calafanus a S. Elia decis. 1. n. 2. Sanchez Lib. IV. in *Decal.* cap. xvii. num. 14. Paffernus g. cxxxix. art. 2. num. 6. Leander tract. 1. de iuram. g. xiv. & xv. Salmant. tract. xv. cap. II. punct. 1. n. 3. Rotarius Tom. I. Lib. I. cap. VII. punct. 2. n. 2. Martinez de Pra do Tom. II. c. xxxi. g. vii. n. 2. Bonacina Lib. IV. tract. v. cap. vi. n. 5. Ratio satis obvia est, & cuique statim occurrit. Quis enim Religionis votet ingressum, eius statutum potissimum ac solum intendit, in quo a mundi periculis procuus amitus Deo inter viri, stans eternam salutem tutus operari valeret. Porro, dum Religionem collapsum ingreditur, in plura & graviora se conicit discrimina, & in quandam quasi necessitate violandi obligations novas assumptas, maxime paupertatis votum, quod solemni ritu Deo nuncupatur. Contulit que a nobis dicta sunt in memorata *Disciplina Apostolico Monastica* differt. v. cap. xiii.

VIII. Quæst. V. *An qui votat ingressum Religionis strictiorum, satisfaciat suæ obligatio nis laxiori ingrediendo?* Relp. Nequaquam satisfaciat, sed peccat mortaliter: quia minus reddit quam promisit. Natura autem votum manus in minus committare potest. Hoc certum est penes omnes. Quid, si in laxiori instituto professionem emitat? Valida ne sit emissa proficio? Valida utique erit, non inferior. Votum enim solemne, quale est profes sio monastica, simplex votum, cuiusmodi erat illud ingrediendi strictiorum Ordinem, dirimit. Ideo convenienter inter omnes.

IX. Quæst. VI. *An qui votat Religionem strictiorum, & professus fuit in laxiori, licet in hac per severante votare?* Relp. Nimirum involute hac de re loquuntur Auctores. Communiter namque asserunt, licet eum ibi perlevare posse. Quod uno in sensu verum est, iuxta id quod habet D. Th. 2. 2. g. cxxxix. art. 8. et 3. inquiens: *Votum sollempne quo quis obligatur minori Religioni, & fortius quam votum simplex quo quis astringitur majori Religioni.* Post votum enim simplex si contrahetur aliquis matrimonium, non dirimetur, sicut post votum solemne. Et ideo ille qui

qui iam professe est in minori Religione, non tenetur implere votum simplex, quod emitis de intrando Religionem maiorem. Ex hac doctrina colligunt Salmant. trac. xv. cap. ii. punc. i. num. 4. quemque propria auctoritate posse commutare votum ingrediendi Religionem strictiorum in votum perseverandi in laxiore: quia votum perseverandi in laxiore perfectius est voto solum intrandi strictiorum: & laudant plures Auctores, qui revera eamdem tradidit doctrinam. Hoc tamen, nisi explicetur, esse potest erroris causa. Cetera ergo dubius discernentur sunt. Ceterum est, votum simplex voto diffoltere; atque adeo qui emitis votum ingrediendi Religionem strictiorum, si professionem in laxiore emiserit, non tenetur amplius vi sui voti simplicis strictiorum amplecti; cum votum illud simplex solutum, & extinctum penitus fuerit per votum solemnem professionis. Et ad hoc quod pertinet, optime loquuntur et D. Thomas citati Auctores. Ceterum, si Religio in sublantibus relaxata sit, quamquam non tenetur vi voti præteriti, & extintus ad amplectendam strictiorum; obstringitur tamen ratione legis divina, quia omnes obligati ad pericula aeternae damnationis vitanda. Porro demonstratum iam est, nullum esse votum ingrediendi Religionis relaxatae; & graviter peccare voventem, nisi ignorantes excusat, dum illud impler ingrediendi enimmodi Religionem: idque, ut vidimus, docent ipsi Salmantic. cum ceteris omnibus aliis Theologis. Nequit igitur talis vovents licite persevere in Religione, quantum ad sublantia, relaxata. D. Thomas autem loc. cit. loquuntur de Religione minori, seu minus severa, relate ad maiorem Religionem, que rigidor est; quarum tamen utraque proprias obseruer leges, ut fule palam feci in citata Disciplina. Qui autem vovit laxiorem, dubio procul valet tale votum suum propria auctoritate in votum assumendi strictiorum Religionem commutare; eamque ingrediendum votum impedit. Qui autem vovit unam, non potest in aliam, licet aqua arcam, non habita dispensatione, ingredi: quia nemo potest, ut probabiliter sentimus, commutare propria auctoritate votum in sequale bonum, sed solum in evidenter melius.

X. Quæst. VII. Utrum satisciat voto ingrediendi Religionem strictiorum, se ingrediantur laxiorem, qui privilegium pontificum habeat recipiendi eos qui voventur strictiorum? Rep. Adfirmant communiter Doctores, qui referunt reipila tale privilegium habere Bene-

dictinos, Augustinianos, & alios. Ut ut sit de veritate horum privilegiorum, praे oculis semper habenda est distinctio superius tradita: videlicet, si Religionis laxioris nomine intelligatur Religio minor, blandior, minus que severa, quia tamen exacte suas minores leges servet; privilegio admisso, vera est communis sententia: si autem Religionis laxioris nomine veniat Religio collapsa in sublantibus, falsa foris sententia prefata. Negamus enim ullum legitimum privilegium repeneri quod Ordinibus collapsis facultatem concedat recipiendi eos qui voventur Religionem strictiorum. Quin afferimus, diplomatica pontificia similes Religiones privare facultate recipiendi quoicumque ad sicut professionem.

XI. Quæst. VIII. Quid præstare tenetur qui ingrediendi Religionem vovit? Rep. D. Thomas 2. 2. g. cxxix. art. 3. ad 2. hæc statuit. Ille qui se votu obligavit ad certa Religionis ingressum, tenetur facere quantum in se est, ut in illa Religione recipiatur; & si quendam intendit se simpliciter ad Religionem obligare, si non recipiatur in una Religione, tenetur in aliâ; & se vero intendit se specie obligare ad unam solum, non tenetur nisi secundum medium obligations sue. Igitur si vovents unam determinante voti Religionem, eam adhibere debet diligenter, ut recipiantur, quare in alia adhiberet negotio gravioris momenti. Si ab uno Cenobio repuluerit, quatuor, aut quinque alia debet adire, ut dicunt communiter Doctores; quemadmodum, si vovit Religionem indefinite, quatuor, aut quinque Ordines; & cuncta Ordinis quinque aut sex Conventus explorare tenetur, ut, si ab omnibus rejectus fuerit, liber a voto sit. Ita docent Sanchez, Caltrapalao, Trullencius, Leander, & alii. Dilipunt etiam, an tenetur extra propriam nationem, & patriam se conferre, atque alterius lingue, & regionis Cenobia adire. Sed hoc communiter negant. Satius videtur id prudentius arbitrio relinquendum. Id solum semper advertendum, quod Religionis collatio ingressum nec attendare, nec exequi debet. Si vovents liber fit ab impedimento, facilis erit illi in unam aut alteram Religionem ingressus; si impedimento fit irreuersus, nullam inveniet. Quo est incepit ad unam, apud aliam esse potest. Quia omnia a pluribus circumstantes pendent. Idcirco regula certa affliguntur nequit; sed id viri prudentis iudicio remittatur, oportet. Hinc colligitur, veram absolute non esse opinionem Sanchez, Castropolai, Leandri, & Salmanti-

con-
sum, affermentum illum qui vovit Religionem indefinite, cogendum non est ad ingredientium Ordinem strictissimum, ut Capucinorum, Carthusianorum, Camaldulensium, & Minimorum. Quandoquidem occurrere potest, & quidem non raro, ut vovents sis omnibus polleat quod ad unum ex prefatis Ordinibus habilem, apropinquum ipsum confituant: sit autem incepit ad alios Ordines. Si vovents Janus, robulutique sit, si nullam adverterit talen Ordinem aversionem experient, si inde optimis fit instractus, si virtutis ardore flaget; cur non confunditus sit ipsi talis Religionis ingrediens? Quia ratione a Religionis assumenda voto erit eximendum? Absoleto ergo istorum Doctorum regula falsa videatur. Quare, ut diximus, iudicio prudentis, doct. & pii viri totum effi relinquendum. Idem pariter adfringendum de mulieribus, ac de dominibus. Ad diversitatem tam patris, & provincie quod attinet, milieles communiter cogendae non sunt, ut extra propriam urbem, aut saltuum nimis a parentibus remotum Conventum inquirant. Homines qui Religionem voventur indefinite, si communiter repulueri accepterint ab omnibus Ordinibus, haud quaque tenetur ingredi Ordinem Equitum D. Ioannis, Calatrave, vel Alcantara: quia eiusmodi Ordines missitae non comprehenduntur sub voto Religionis in communem, ut supra explicatum est.

XII. Quæst. IX. Qui votu ingredi hunc significavit Conventum, sive pulsonferas, tenetur ne alia adire Cenobia? Rep. Ex intentione voti voventis solito colligenda est. Si aliquo peculiari ratione momento duabus tale Cenobiorum primo & principaliest sibi præfuit, & repulueri pulsus fuerit, liber a voto maner. Cante tamen & terro-exploranda est voventis intentio. Quoniam, si sola quædam affectio peculiaris ergo tale Cenobium impulsum tantummodo ad votum elicendum adierit, nullaque solidia ratio talis definita electione eluceat; tunc non est liber a debito curandi acceptance in aliis eiusdem Ordinis Cenobiorum: quia in his circumstantiis patet, hunc voventem primo, & per se intendit ingressum in hanc Religionem, dedice in tale Cenobium. In similibus causulis ergo abeat ut in voto includatur conditio sublantie acceptationis, quin potius racite congrua dilatio semper præsumatur. Dicendum ergo, quod, si dilatio talis sit qua fundamentum solidum præbeat desperandi de asequendo ingressu, tunc a voto liber dicendum est vovents; fecus, si dilatio moderata sit, spemque relinquat obtinendi opportuno tempore acceptance.

XIII. Quæst. X. Vovents semel legitime reieciunt a Monasterio, vel Religione, tenetur ne ad illam amplectendam, si potest ab eadem Religione, vel Monasterio revertetur? Rep. Quod penes omnes certum est, primo loco dicendum venit. Si quis ob aliquod tempo-

raneum impedimentum repellatur, impeditum sublatu, vi voti tenetur regressum postulare. Idque inter omnes convenit; quemadmodum certum est quod, si vovents reiciantur ob aliquod impedimentum apparet, & reipila falsum, ut si recipiendus reputarent esse alieno gravatus, illegitime natus, morbo occiso infectus, qui revera non esset: certum, inquam, est quod tenetur ingredi Religionem, si cognita veritate Religio eum excepiter.

XIV. Quod autem in disputationem revocant, est, num legitime, & absolute, a re in perpetuum repulsi, liber a voto maneat; ita ut, si a Religione denuo invitetur, non tenetur ad ingrediendum. Liberum a voti vinculo communiter Auctores hunc talem declarant: que opinio & mihi videtur probabilius: aliquo vovents ille anceps, & suspensus tuto vita sua tempore manere cogeretur. Ad hanc vero fortem aedo ancipitem non est ullus modo præsumendum quod se voluerit obligare, dum votum Religionis emitit: neque ex voti natura tam grave onus colligi prudenter potest. Minus tamen probable nobis videtur quod Salmantic. cum Caltrapalo, Aragonio, Pelizario, Diana, aliquique docent loc. cit. n. 1. nempe quod vovents facta sua petitione pro admittance ad habitum religionum, non tenetur vi voti expectare conlendum Religionis, si hæc tempus querat ad liberandum, seu si differat deliberationem: quia, inquam, censor emulsi votum lib. hab condicione: Si facias debita diligenter Religio admittere voluerit. Hæc, inquam, opinio & minus probabilius, & falsa nobis appetit: quia vix est Religio cauta, & prudens in recipiendis candidatis, que in aliquod tempus acceptance non differat, ut compariat, utrum expediens sit postulantem admittere, & ut periculum faciat, utrum constans, & firma sit eius voluntas. Tantum ergo abeat ut in voto includatur conditio sublantie acceptationis, quin potius racite congrua dilatio semper præsumatur. Dicendum ergo, quod, si dilatio talis sit qua fundamentum solidum præbeat desperandi de asequendo ingressu, tunc a voto liber dicendum est vovents; fecus, si dilatio moderata sit,

nullo modo afficit Prelatos, seu Religionem acceptantem. Votum namque emisum fuit sub hac conditione, videlicet si Prelatus acceptare voluerit.

XVI. Quæst. XII. *Qui votat Religionem, ut in eadem Clericis est, liber ne a voto est, si Religio nolit eum admittere nisi ut laicum?* Resp. Liber omnino est: quia votum non obligat præter votentis intentionem: votans autem expresse intendit, dum votum emisit, clericatum profiteri. Ergo, hac deficiente conditione, votum laicatum remaneat. Quod nihil, cum votum edidit, de clericali, vel laicali statu cogitavit; & utrius statu, clericali scilicet, & laicali aptius sit, illum gradum saceripte tenetur quem Religio prescriperit. Qui expresse votat statu fæceralalem saceripte, poterit comitare votum, & fieri laicus, & contra si Religio tamen conferenter: eo quod accidentaliter mutato sit intra eandem Religionem. Haec omnia communia penses omnes sunt. Ex conditione tamen votentis facile plenius erit dignoscere, quem statum, fin expelle, saltem tacite fibi prædictuere voluerit. Quod si nullo modo cognosci possit, arbitrio Religionis, ut diximus, stare votentis debet.

XVII. Quæst. XIII. *Spiritus ignorans constitutionem Sicut V. qua spiri gradibus, & dignitatibus repellunt, votos Religionem, cognita constitutio tenetur ne vocum implere?* Rsp. Negant communiter Doctores: cum enim Iipius ad tales dignitates, & gradus afferquentur apud non fit, gravem ignoriam partitur ab talem pœnalem privationem. Idemque afferunt de votente Religionem qui similem legem habeat; si tempore omniis voti illam ignoraverit. Sic docens Sanchez Lib. IV. cap. xi. n. 59. Pellicarius Tom. I. tral. II. cap. 1. seqq. & q. IX. n. 55. Leander tract. I. dip. xxi. q. xiiii. Cadupanus tract. I. dip. 1. pñct. 3. Non levè nulli negotium faciliter opinio illibet, eo quod non quocumque incommode, vel difficultate talis est ad votum dirimendum. Qui mundum, & omnia qua mundus dare potest, five divitias, five dignitates contineat, ut evangelicam perfectionem profiteatur, ut humilitatis virtute, qua univerbia sanctitas basi est, lese exercat, præfumatur, prudentissime dum votum emisit, omnibus gradibus, & dignitatibus renuntiata: quia natura talis voti hanc renuntiationem includere videtur. Accedit quod prefata grammatical privatio mundanis, non religiosis ho-

nibus ignoriam inferat. Si Religionis ipsarum doctores, probatiores, sanctioresque Religio fuerint, cetera quantitas dignitate prælatis eminebunt. Quare producta lenitatem plus humanis affectibus quam evangelicis confitit, ad quorum observationem vitam suam se exacturam spendet qui votat Religionem, videtur accedere. Ego sane ob iolam hanc difficultatem, nisi peculiari circumstantia occurrent, non eximeremus Religionis ingressu eum qui eandem votaret, prestat lege ignoratus.

XVIII. Quæst. XIV. *Qui votat Religionem in statu fæcerali, tenetur ne grammaticam addictere, cum ob illius ignoriam non admittatur?* Rsp. Admittat communis sententia, Sotus Lib. VII. q. 11. art. 1. ad 3. Sanchez Lib. IV. cap. xvi. n. 61. Suarez Tom. III. de Relig. Lib. IV. cap. 11. n. 21. Bonacina dip. IV. q. ix. pñct. 3. n. 14. Leander tract. I. dip. xxxi. q. xliv. Aragon, Ledesma, Rodriguez, Azorius, & alii. Quippe qui vult finem, & media quia ad hunc aequendum condicunt, velet oportet. Si tamen dum votat, putavit intram Religione addictere eam posse, non tenetur eam addictere extra: quoniam confat de eius expresa intentione, ultra quam votum non obligat. Si nolit grammaticam addictere, poterit fieri laicus, Religione contentiente: quia tunc perfectius votum implere censorum ob peculiari talis status humiliatem, & laborem. Quid si tempore emitti voti de Religione in statu fæcerali ampliata, ignoravit necelariam esse grammaticam cognitionem? Tenetur ne eam addictere? Negant cirari Auctores, eo quod superveniens difficultas adeo gravis est, ut si sit ad voti distulitionem. Id tamen ex circumstantiis colligendum videtur. Si enim votens ita erga Religionem affectu sufficit, ut si hanc difficultatem levaret, nihilominus illam votaret, protecto ad discordiam grammaticam teneretur. Si contra prudenter præfumatur non editur suffice votum, quotiescumque perfectum habuisset eummodo impedimentum, liber a voto maneat, nec statum laicalem in præfata Religione amplie obstringitur; quemadmodum non tenetur fieri laicus qui votat Religionem in statu clericali, sciens ad hunc statum requiri grammaticam; si postea rei pericolo facto, impotens omnino deprehendatur ad eam perdicendum: quia mortalis impotens solvit a voti debito. Ex alia parte statu laicorum præter illius intentionem fuit in voti emissione. Si dum votum

tum emisit, dubius erat, an necessaria necne esset grammatica ad statum clericalem; eam addictere tenetur: quia, dum antea erat, certior se facere debebat. Quin, si dubius existimat, utrum requiretur literarum artium cognitionem ad Philosophiam, vel Theologiam comparandam; cogeretur artes illas addictere ab ratione daram: quoniam, dum sic dubius votum emisit, præsumunt se obligasse ad ea omnia exequenda que ad finem obtinendum necessaria sunt. Dum autem datur, in votens scivit nec netempsore voti, requiri grammaticam ad statum clericalem, præsumendum est illum scivisse; cum nulla Religio sit qua talem notitiam non exigat, & consequenter omnibus communiter id est compertum. Qui votat statum laicorum, non tenetur artem mechanicam addictere, ut recipiat, ut si hunc defecit Religio ipsum excluderet: quando de tali arte votum omittens nihil omnino cogitavit. Contra, si scivit aliquam artem esse necessariam ad Religionis ingressum, tunc deberet aliquam artem dicere. Animadvertit tamen Sotus Lib. VII. de inf. q. 11. art. 1. tenori votentis addictere artem quam Religio exigit, etiam si illa non cogitaverit; quando talis natura ars sit, at facile possit dici, & aliquo vi uelut forer. Religioni votens sine tali arte. Quicquid enim, tenetur exequi media facili, non compas voti sui evadat. Quae sententia vera est.

